

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Amico cuidam

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

ferant, nihil in ullo genere studiorum promoturi,  
nisi haec meditata teneat. Tu quoque re tua feceris  
Bernarde, si è nostro consilio studia comparaueris  
tua. Vale, Vuitemberge in Saxonibus, mense ja-  
nuario, Anno 1519.

Amico cuidam.

Intellexi te uxorem duxisse: quod si ita est, pre-  
cor ut consilium tuum Christus fortunet: quando-  
quidem ipsius autoritatē in eo uite generē ingre-  
diendo, maximo cum periculo sequi uideris. Neque  
uerò duxi, te aduersus iniqua hominū iudicia mea  
ratione cōfirmatum esse. Non enim dubito quin et  
prospexeris antea, que dimications, que tēpesta-  
tes subeundae essent in hac causa: nisi contra om-  
nes casus atque impetus non solum ratione, sed etiam  
pietate muneric prospexeris. Quod cum ita sit, no-  
lui de hac re scribere longius. Tantum illud duxi  
admonendum esse, quod ad consolationē, meo qui-  
dem iudicio, non est inutile. Tuum exemplum ad  
alios bonos uiros in causa optima confirmandos  
plurimos ualebit. Atque inter ceteras causas que  
te bene sperare iubent, hanc quoque cogites: quod  
aliqua ex parte ad publicum Ecclesie exemplum  
pertinet. Quare ex gratiis Deo iudicandum est,

et diuinitus singulari clementia defen-  
detur. Bene male.

Amico